Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Praedicatorum Friburgensium lector - Cod. Ettenheim-Münster 191

Weisser, Philipp

[S.l.], 1628-1929

Dubium quintum

urn:nbn:de:bsz:31-117415

Visual Library

signum logicum et signum deserviens in-
strumentis logicis, ergo terminus conci-
pi non potest sine ordine deservientis
argumentationi mediate, immediate
vero ergo potest
R. Concedendo antec: et distinguendo
conseq: non potest concipi sine ordine ad
instrumenta logica si ad signatum con-
cipiatur quoad essentia et accidentalia
concedo consequentiam: si concipiatur quo ad
essentia tantum, nego conseq: Licet enim intentum
sit, essentia termini deservire instru-
mentis logicis non mediate concepta,
sed induta intentione nominis, verbi,
subiecti aut praedicati.

Conclusio. Terminus posse concipi ~~quoad~~ quo ad essentia tantum.

Dubium Quintum

Quomodo dividatur Ter-minus in communi.

Iuxta triplicem loquendi habitum modum
apud homines, terminus dividitur in tria membra.
In Terminum Vocalem. Mentalem, et Scriptum.
etenim homo tripliciter loqui potest. Vel in. loquitur 1o interne cum
se ipso colloquendo et, et sic loquitur mentaliter et
praesentibus, et sic efformat terminos mentales. Vel loquitur 2o cum 2.
conceptus, et sic facit vel format vocales terminos
Vel loquitur 3o cum absentibus, cum per voces absentibus non 3.
possit

Terminus tria habet membra. Terminus Vocalis, Mentalis. et Scriptus.

possit manifestare suos conceptus; et sic utitur scrip-
turâ, facitque terminos scriptos.

Cum ergo termini ad loquendum ordinantur; sitque triplex loquendi modus: mentaliter, vocaliter, et scripto: consequenter dividitur terminus in vocalem, mentalem, et scriptum.

Defin: 3. Term:

Terminus vocalis quis? 1. **Terminus vocalis est signum incomplexum vocale propositionis vocalis constitutivum.**

Genus et differentia. In hac definitione li signum incomplexum ponitur loco generis, in quo convenit cum termino mentali et scripto. Caetera ponuntur loco differentiae; quia neque termini scripti, nec mentales sunt voces aut constituunt propositionem vocalem.

Terminus scriptus quis? 2. **Terminus scriptus est signum incomplexum scriptum propositionis constitutivum scriptae.** Quae definitio ad modum praecedentis intelligenda et explicanda est.

Terminus mentalis quis? 3. **Terminus vero mentalis est signum incomplexum mentis obiecti formaliter repraesentativum.**

Loco generis in hac definitione est li signum incomplexum in quo convenit terminus mentis cum vocali et scripto. Per reliqua vero differt à termino scripto et vocali; neque enim isti termini sunt obiecti formaliter repraesentativi. Differt et ab actu intelligendi, qui licet sit productivus et contemplativus termini mentalis vel conceptus, ipse tamen est non terminus formaliter repraesentativus: non addit in termini rationem definitionis termini mentalis illa particula (est propositionis constitutivum:) sicut in aliis definitionibus, quia suo loco ostendendum erit, propositionem mentalem

Actus intelligendi est idem quod term: ment: Tamen, Actus intelligendi differt à term: mentali, quia non est formalis repraesentatio.

non est simpliciter compositam ex terminis menta-
libus. Adverte tu ut aequivoces tollas, sumi ver-
balem, id est, conceptum, signum formale, terminum
mentalem, et notitiam, si notio accipiatur pro ter-
mino actionis intelligendi; non tamen si usurpetur
pro ipsa actione intelligendi; nam actio intelligendi
non est formalis obiecti repraesentatio; ac proinde consequens
neque conceptus neque terminus mentalis est.
Rogas tu qualis sit ista divisio termini
in terminum vocalem, mentalem et scriptum.
R. Quod haec divisio possit vocari analoga,
analogia mere attributionis; in qua forma
termini in varias [illegible] distribuitur, licet
non in [illegible] reperiatur intrinsece. ratio est, quia in ana-
logis mere attributionis analogum in uno
intrinsece reperitur, in aliis vero solum extrin-
sece per denominationem ab eo cuius analogato,
in quo analogum formaliter reperitur, sicut sanum
v.g. quod est analogum mere attributionis respectu
hominis, urinae, et herbarum; solum in homine formaliter
reperitur. solus ille sanus est intrinsece. reliqua ve-
ro dicuntur sana extrinsece per ordinem ad animal
vel hominem. sed terminus solum reperitur intrinsece
in termino mentali, in aliis vero per denomi-
nationem extrinsecam, a termino mentali,
quia illum indicant, et significant. Ergo haec divisio
erit analoga hoc genere analogiae, scilicet mere
attributionis.
Obiicies contra definitionem termini
vocalis. Haec propositio, terminus est vox
est falsa. ergo non bene definitur vocalis, quod
sit signum incomplexum vocale. Consequentia
patet

Actio non est formalis obiecti repraesentatio.

Definitio Analo-
giae.

Term: vocal: et scrip-
ti sunt analogum
per extrinsecam deno-
minationem. Terminus mentalis
est analogum in-
trinsece.

Obiectio contra
terminum vocalem.

patet: et probatur antec: pars phisica non praedicatur vere de suo toto, qualiter haec propositio falsa est. homo est anima, quia anima est eius pars phisica. ergo nec illa propositio erit vera, terminus est voce, vel signum vocale quia voce est pars phisica termini vocalis

Rx. Vocem non esse partem phisicam termini vocalis, quia pars phisica proprie loquendo dicit ordinem ad suam comparatem phisicam qualis non est in termino vocali

Vox non est pars phisica sed tota substantia.

quare voce non est pars, sed tota substantia termini vocalis. In artificiatis n. materia est tota illorum substantia, ut patet in cathedra, et aliis artificiatis. Cum ergo terminus vocalis sit quoddam artificiatum Logicum, voce non erit pars sed tota substantia quam supponit terminus vocalis.

Cum vero ratio termini, secundum dicta intrinsece tantum est proprius conceptus in termino mentali; extrinsece vero in vocali et scripto illum prius et dividendum suscipiemus, ut natura termini magis pateat.

1. Dividitur terminus mentalis in abstractivam notitiam; et intuitivam.

Dividitur ergo primo terminus mentalis vel notitia quae idem est sumpta tamen pro termino intellectionis in notitiam Intuitivam et abstractivam. Notitia intuitiva dicitur illa quae est notitia vel cognitio rei praesentis. ut v.g. quando concipio Petrum praesentem cum quo actualiter loquor, talis conceptus vocatur intuitivus

2. vel notitia intuitiva. Notitia abstractiva, vel conceptus abstractivus est notitia rei absentis. ut quando concipio Petrum absentem, et alibi commorantem, aut patrem vel fratrem mortuum notitia illa dicitur abstractiva.

2. Dividitur Term: ment: in obiectivum. et in formalem.

Conceptus formalis quid?

Dividitur 2o. terminus mentalis, vel conceptus in conceptum formalem, et conceptum obiectivum. Conceptus formalis est terminus productus ab intellectu per cognitionem, in quo rem conceptam contemplatur. vel ut alii definiunt. Conceptus formalis est actus noster intellectus quo aliquam rem concipimus. quae definitio non accepta est, nisi forte probetur actus nostri intellectus, ipsum terminum intellectus nos explicet, ut n. supra dictum est, terminus mentalis, vel conceptus non debet accipi pro ipsa actione intelligendi, cum realiter

ab ipsa

ab ipsa distinguatur. Seu pro termino a ipsa cognitione producto
est et formalis quia est accidens in actu, et intellectu inhaerens per — ratio cur conceptus dicatur formalis.
modum formae et imaginis naturaliter repraesentantis ipsam
rem conceptam. Conceptus obiectivus est id quod concipitur
vel ipsa res concepta et intellecta. — Conceptus obiectivus quid?
Relicto conceptu obiectivo, conceptus formalis dividitur in concep-
tum ultimatum, et non ultimatum.
Conceptus ultimatus est conceptus rei signatae per terminum vel
aliud signum. — Conceptus Ultimatus.
Conceptus non ultimatus est ille, quo aliquem terminum, vel sig-
num cognosco, v.g. quando concipio in aliquo signo: ille con- — Conceptus non ultimatus.
ceptus est non ultimatus, quia est tantum conceptus signi nempe vocis
signis. Quando vero concipio superiorem per imaginem repraesentatum
ille conceptus vocatur ultimatus quia est conceptus rei per signum
terminum repraesentatae. Dupliciter vero potest aliquis conceptus
vocari ultimatus. Vel quia est clara obiecti repraesentatio, non
tantum et quo ad eius quidditatem, sed et quo ad omnia et sin-
gularem obiecti differentiam. ut si quis concipiat hominem — Dupliciter conceptus ultimatus vocari potest.
per animalis est, iste conceptus potest dici ultimatus quia attingit
clara repraesentatione non tantum differentiam specificam hominis,
sed et individualem quae ultima est. Aliter sumitur conceptus 2.
ultimatus apud logicos. — quia ... respectu signi huius repraesentatae se: illius rei in qua
ideo dictum est in definitione in termino talis habitudinis;
conceptum seu formalem repraesentatem; conceptum ultimatum, et con-
et sic vocatur ultimatus rei per terminum significatae
in ultimo termino signi quasi sistens in significato signi.
Conceptus formalis rursus dividitur in conceptum directum, et
reflexum. Conceptus directus quidam repraesentat formalis qua
intellectus directe percipit rem distinctam a conceptu repraesentante — 1. Conceptus formalis dividitur in conceptum directum et Reflexum.
ut v.g. hominem et leonem, et vocatur conceptus iste directus, quia ex ui
illius cognosco hominem, vel leonem, non vero tendo ad priorem
dum an forte fuerint deceptus in cognitione huius vel leonis.
Conceptus reflexus est ille quo concipio mei intellectus concep-
tum, vel aliter. Conceptus reflexus est formalis repraesentatio con- — 2. Conceptus reflexus.
ceptus prius formati ab eodem cognoscente v.g. formatur
conceptum leonis percipiendo eius statum proprietates et alias
affectiones, postea vero flectit se supra se, et regreditur
ad priorem conceptum a se formatum diligentius ingrediendo
eius conformitatem cum obiecto repraesentato, an si ita sit
et conceptus ille leonis vere repraesentet leonem et affectiones
leonis, quae circa primum conceptum cum examinat [illegible]
catur conceptus reflexus quia non directe in rem percipitur, sed
in

Non datur conceptus medius inter reflexum et directum.

cir comparendo et reflectendo conceptum et dirigendo eius repraesentationem et ipsum directe repraesentando et non rem in ipso contentam aut repraesentatam. Ex quo colligitur 1o. Conceptum illum quo intellectus se ipsum repraesentat, non esse conceptum reflexum; conceptus n. reflexus [illegible], tunc repraesentat alterius conceptus et non mentis supra se ipsam reflectentis. Infertur 2o non dari aliquem conceptum medium qui nec sit directus, nec reflexus, [illegible] dicitur, quia cum conceptus directus et reflexus opponuntur contradictorie, ideo non potest dari conceptus medius qui neque sit directus, nec reflexus. Patet consequentia: quia inter contradictoria non datur medium. Antecedens probatur quia hoc ipsum esse conceptum alterius conceptus et non [illegible] sed rei; involvunt oppositionem contradictoriam. Sed hoc convenit conceptui directo et reflexo; ergo non datur medium. Eodem modo loquendum est de prima divisione qua terminus vel notitia mentis dividitur in notitiam intuitivam et abstractivam. Inter has n. notitias non potest dari medium. Nam omnis cognitio aut est rei praesentis, et sic intuitiva est: aut non est rei praesentis, sed absentis, et sic est notitia abstractiva. Sed omnis res debet esse praesens, aut non est praesens; ideo potest reperiri medium, quod n. est aut praesens aut non praesens, seu absens; ergo neque potest dari medium inter has duas notitias. Non sic se habet 3tia illa divisio, qua terminus vel conceptus formalis dividitur in conceptum ultimatum et non ultimatum. haec n. divisio, nec est adaequata, nec membra dividentia contradictorie opponuntur. Datur n. conceptus quidam medius qui nec sit ultimatus nec non ultimatus. ut v.g. quo concipio lapidem, vel aliud quodcunque rem sine aliquo signo formaliter. talis conceptus non est ultimatus quia non est conceptus rei signatae formaliter, quod [illegible] ad conceptum ultimatum requiritur; neque est conceptus non ultimatus, quia non est conceptus signi; lapis n. non est signum. Demum divisio conceptus in formalem et obiectivum licet adaequata dici possit, quia quidquid n. participat rationem conceptus, aut est ipse formalis conceptus aut non est ipse, sed res in formali conceptu existens.

tm e/

~~tn~~ ſtis aut univoca vo ē; ſed analoga mera attributionis. vnde n. conceptus intrinſice ~~tn~~ com, petit conceptum ſcīti, rōi concepta vero non reduplicatiue illam ſumendo, extrinſice tn ꝑ ordinem ad conceptū ſcientem.

Quaeres tn ꝑ plena harū intelligentia diuiſium, qu nam ſit ex his comunior, latiusq; pateat.

R: Diviſionem illam ultimā, ſc: in conceptū reflexum, et directū; ſi membra diuidentia recte apprehendantur latius patere et comuniorē eſse, tibi diſcurrenti ꝑ ſingulas diviſiones facile patebit.

Dubium Sextum.

Quotupliciter dividatur Terminus Vocalis

Terminus vocalis ſupra definitus, dividitur In terminū categorematicū, et ſyncategorematicum.

Terminus Categorematicus ē, q per se ſeparatus ab aliis aliqd ſignificat. ut v.g: homo, leo: — Terminus categorematicus.

Terminus vero ſyncategorematicus, qui ſe ſeparatus ab alio termino nihil actualiter ſignificat. id ē, q nihil ſignificat per se. et propterea dr: ſyn ſ cum categorematicus. id ē. Conſignificativus. ut v.g. — Terminus Syncategorematicus.